



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

CXXXVII. Bischof Johann von Verden weist die Nonnen-Klöster an, die
Obedienz und Clausur strenger zu halten, am 30. August 1455.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

lien — — de gegeven is nah Christi gebord veerteynhundert Jahr, darnah in deme twe vnde veftigften Jahre, am Dinxftedage in dem pinxften.

Gercken's Dipl. II, 239—240.

CXXXVI. Bruder Lüdemann Bock überläßt dem Kloster Diesdorf zum Caritatenamt eine Hebung, um fein Gedächtniß davon zu feiern und jeder Nonne am Tage Marienhimmelfahrt ein halbes Huhn davon zu reichen, am 26. Juli 1454.

Ick Ludemann Bock, begeune bruder vp dem houe to Dyltorpe, ick bekenne openbar in deffeme breue vor allesweme, de en feen, hören este lesen, dat ick hebbe lecht by dat Karitaten ambachte, dat nu tor tydt vorftan Vor Alheyt Westterholte vnde Vor Metke Scermers, vil vnd veertich Marck pennynge Lüneborger weringhe, dar se scollen renthe mede maken, alle III verndel Roggen, der will ick bruken de tyd mynes leuens. Na mynem dode scal me mick darvor began mit Vigillien vnd mit Seelmiffen, alse sik dat gehört. So is myn begeringhe, dat dar myne dechniffe wille leggen in den dach vfer leuen Frouwen hemelfard. In dem daghe scal me der famninghe gütliken don vnd scal isliker juncfroue en half Karitaten hon geuen, hir vor scollen se den leuen (god) trouwelken vor my bidden. Des to groter bekantnisse hebbe ick myn Ingefegel drücket an deffem brees, de gefcreuen is na Godes bord veertein hundert jahr, dar nah in dem veer vnd vochtegeften jahre, an dem daghe Sünthe Annen, der moder vfer leuen frouen.

Gercken's Dipl. II, 244—245.

CXXXVII. Bischof Johann von Verden weist die Nonnen-Klöster an, die Obedienz und Clausur strenger zu halten, am 30. August 1455.

Johannes, Dei et apostolice sedis gratia Episcopus Verdenfis, uniuersis et singulis dominis prepositis, administratoribus, Abbatissis et priorissis monasteriorum sanctimonialium nostre dioecesis salutem et sinceram in domino caritatem. Cum obedientia sit quicquid a superioribus utiliter imperatum fuerit illi obtemperare, quodque per ipsam in presenti gratiam in futurum vero salutem meremur et sine ipsa incurremus eternam reprobationem, Hinc est, quod, sicut quasi assidua relatione accepimus, nonnullae ex monialibus vestrorum monasteriorum debitam obedientiam, quod est primum votum de tribus substantialibus regule, vobis non obseruent vosque ad exigendum et recipiendum ipsam ab eis fueritis et sitis negligentes, ac quod vos seu aliqui vestrum vestrorum monasteriorum debitas clausuras non obseruetis, nec non plures personas, quam absque penuria sustentare valeatis, ad vestra monasteria contra canonicas functiones receperitis et recipiatis, per que

singula eadem monasteria depauperantur daturque occasio monialibus vestris sic depauperatis per mundum vagandi et sub colore paupertatis in seculo conuersandi, contra iuris prohibitionem, quodque etiam aliquis vestrum quendam toleret abusum, ita quod cantus vester vestrarumque monialium in missarum solempniis ultra debitum ecclesie ritum per multiplices repetitiones antiphonarum et versuum protrahatur, et quod in processionibus per cimiterium solempnibus quedam imagines propter reliquias sanctorum inclusas etc. per laycos per modum spectaculi deferantur; Mandamus igitur vobis omnibus et singulis supra dictis dilicite in virtute sancte obedientie, quatenus ab uniuersis et singulis monialibus vestris debitam et devotam obedientiam exigatis et recipiatis monasteriaque vestra sub honesta et debita clausura tam exterius quam interius custodiatis et custodiri faciatis, ita quod vos prepositi vel administratores ad clausuram exterius unam vosque Abbatisse vel Priorisse ad clausuram interius aliam ab inuicem differentes et distinctas clauas habere debeatis, prouidentes, quod persone utriusque sexus monasteria ipsa non ingrediant absque rationabili causa et vestrorum licentia speciali. Viri autem, si modo premisso introuissi fuerint ibidem, sub excommunicationis pena prandere, cenare aut conuiuari vel ultra quam eorum negotia exigant commorari non debent, in diebus tamen anniuersariorum dedicationum ipsorum monasteriorum exceptis. Sit tamen in quolibet monasterio una fenestra prolocutoria strictis et duplicibus ferreis cancellis firmata, ubi honesta negotia, que fuerint cum monialibus ipsis pertractanda, obtenta primitus a prepositis vel administratoribus aut eorum substitutis licentia, congruis ad hoc temporibus pertractentur. Fenestram autem coquine nullus preter cocum monialium sub simili excommunicationis pena accedere presumat, nec personas plures ad religionem intra vestra monasteria quam quot poterint de bonis siue prouentibus monasteriorum vestrorum absque penuria congrue sustentari recipiatis, abusumque supradictum penitus deponatis, volentes ac mandantes, quod premissa infra quindecim dierum spacium notificationem presentium nobis factam immediate sequentium sub obedientia et aliis iuris penis assumere et eis obedire ac nos de hoc certificare debeatis, alioquin contra vos et quemlibet vestrum premissis non obedientem ad declarationem penarum earundem procedemus iustitia mediante. Toleraemus tamen quod moniales vestre in ipsis monasteriis, ubi iam plures quam modo premisso sustentari valeant recepte sunt, donec ad talem peruenerint numerum, quod absque penuria sustentari valeant, petita et obtenta licentia a vobis, paupertatis huiusmodi causa consanguineos suos et consanguineas suas semel in anno visitare valeant, dummodo tamen ultra quindenam a monasteriis predictis se non absentent ac eis cum sic exigerint honesta comitia per vos deputetur, volentes quod huiusmodi penuria cessante exitus earundem antedictus ipsis sit omnino interdictus, nisi alia causa in iure scripta subesset, propter quam eis licentia exeundi concedi deberet, rebelles quoque moniales in premissis vos domini prepositi vel administratores antedicti per regularem ordinis vestri disciplinam et alias iuris communis penas nostra auctoritate coercere curetis, in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum in castro nostro Rodenborch, anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, die vero sabbathi, penultima mensis Augusti.